



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Si quitestium 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

quid enim si testis famulus sit, vel alius, qui operas suas domesticas locaverit alterius? idcirco Bern. Innoc. & Panorm. in d. 1. l. s. i. l. s. putant eos domesticos prohiberi, quibus imperari potest, ut testifcentur; reliquos vero domesticos pro arbitrio & discretione Judicis, quanta scilicet fides attribuenda sit, estimandos esse. Nam satis durum esset, ratione solius familie quem submovet aferendo testimonio, cum Clericis in causa sua Ecclesie & testimoniorum permittatur, c. Insuper 6. c. C. nuntius 12. inf eod. de quo dixi supra in c. Tertio loco 5. Deprobat.

<sup>14</sup> Postremo expressi juris est, neminem in sua causadonum esse testem, l. Nullus 10. D. De testib. & l. Omnibus 9. C. cod. Item nec socium in causa so-

cii, sive sit socius ejusdem criminis, c. Veniens 10. c. Personas 20. inf. cod. & l. Quoniam 11. C. hoc eod sit sive sit socius contractus, vel alterius rei, ubi scilicet commodum vel incommodum commune est, facit l. 1. s. in propria D. Quando appellandum sit Alioqui recte admittitur socius in alia re, cum non prohibeat a jure: nisi tamen affectio socialiud suaderet, quod & Judicis erit despiciere. Vide latius, Felic. in c. Intimavit 18 inf eod & Ant. Gomez Vario Reolut. tomo 3. c. 12. num. 1. cum seqq. Neque obstar textus in c. 3. inf eod. ubi socius ejusdem criminis admittitur contra socium; quia id sit, ut aliqua presumptio eliciatur ex testimonio socii, non ut ex eo convinci criminis possit socius, Gl. & Panorm. in d. c. 3.

### In Cap. Si qui testimoniū 8.

#### S U M M A R I A.

1. Testis cogi potest ad testificandum.
2. Excipiuntur Valetudinarii, senes, debiles, pauperes.
3. Item mulieres, Doctores, Professores.
4. Testes alibi degentes a iudice loci audiendi.
5. Litera compassus que dicantur.
6. Consanguinei qui ad testimonium dicendum cogi non possint.

**C**erti juris est, testem cogi posse a Judice, ut coram se compareat testimonii nomine, l. Si quando 5. C. hoc tit. & s. o. r. 15. inf. De testib. cogendus. † Hinc tamen excipiuntur, valetudinarii, senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ad quos testimonii excipiendi causa personæ idoneæ mittuntur, text h. In prioribus tribus casibus impossibilitas quodammodo excusat testes; in pauperibus vero verecundia, quæ exire prohibentur, cum verecundia impossibilitati annumeretur, l. Filium 15. infine D. De condit. infistue.

**3** Quod sit, ut & mulieres, ad testimonium dicendum citare, comparere non teneantur, ob sexus verecundiam; sed ad eas quoque missio sit, c. 2. De iudic. lib. 6. Eiusdem generis sunt egregia personæ, l. Ad personas 15. D. De iurejur. ob eamdem rationem. Gl. & Panorm. hic. Quibus annumerantur Doctores & Professores literatum, l. Medicos 6. C. De profess. & med. lib. 10. Et hoc in civilibus causis receptissimum est. In criminalibus vero causis ipse Juxta testem audire deberet, propter rei gra-

vitatem, Auth. Apud eloquentissimum C. De fide instrum. Et hæc in rebus, qui sublunt iurisdictio- ni Judicis, coram quo causa agitur. † At si re- stes alibi degant, audiendi sunt a Judice loci, qui audita testimonia sigillatim transmittit ad Jidi- cem causæ, l. Iudices 17. C. De fide instrum. & quoniam sanctimus virg. multa Nov. 9. O. De testib. † Quod sit per litteras, ut vulgus loquitur, compassus, hoc est, quibus Juxta causæ rogat alium Jidi- cem, sub quo testes degant, ut compellat eos ad ferendum testimonium.

Sed nec illud hæc omittendum est, invito de- nutriari non posse, ut testimonium dicat adver- sus suum locerum, generum, vitrium, privi- gnum, sobrinum vel sobrinam, & ex his progeni- tos, l. 4. & l. 5. D. hoc tit. Idque honori sive pietati utrumque tribuitur, dum tamen aliunde probatio haberi possit. Alias & hi cogi poterunt, ex sententia Innoc. in c. 1. in pr. inf. tit. prox. & post cum Hostiens. & Panorm. ibid. ne propter defecuum probationis res pereat, arg. l. Quoniam 21. C. De ha- ret. Dixi, invito; nam dubium non est, quia bra- liaque superius excepti admitti possint ad testi- monium dicendum, cum quilibet juri pro se introducto possit renuntiare, l. penit. C. De patio. Exceptis Monialibus, quibus interdictum est e- gredi Monasterium, c. 2. infine De iudic. in 6. Item parentibus & liberis, qui nec volentes adversus se invicem in testes recipiuntur, l. Parentes C. De testib.

In Cap.